

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

V.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

cum tota familia. Salutant vos omnes domestici mei. Dat. Rost. 10. No-  
vemb. a.o. 600.

I. R. S.

Val. Schachtius.

## V.

S. Reverende & Clarissime Domine Doctor Philippe, Domine & amice vetus, cum  
observantia honorande.

**L**ector ex animo, tibi tuisque bene esse, & propter insignem doctrinam, pie-  
tatem, ac modestiam, & multa ac magna in me, & Matthæum meum officia  
& beneficia, te sicut decet, veneror, amo, & modis omnibus colendum cca-  
seco. Quæso, ut in illius salute ac commodis promovendis non obrepat tibi  
taedium vel molestia ulla, & si forte quid causæ accidat ad offensionem moven-  
dam, id prudentiæ ac lenitati tue corrigendum permitto. Succurseriam ipsi  
consilio & ope tua, quando ea videbitur indigere. Audio, D. Davidem Run-  
giūm vocari in locum defuncti D. Chyträi, quo eventu tempus dabit. D. Fre-  
derus nondum plene restitutus est priori incolumitati suæ. Utinam tandem  
restituatur! A&io Brunsuicensis cum suo principe optato successu caruit. Ca-  
rolus Dux Suecæ totam fere Livoniā sibi subegit, excepta urbe Rigen. Quid  
in Comitiis Warsovienisbus contra ipsum fuerit decretum, postmodum cognoscemus. Ego & D. Lucas rejuvenescimus in novis & Juvenibus Professoriis  
bus, qui paulo post emigraturis nobis substituuntur, & DEUM oramus, ut  
veritatem & pacem apud nos & alibi servet, quæ duo eximia DEI dona pas-  
sim desiderari gementes audimus, ne dicam, hic etiam experimur. Reve-  
renter saluto Superintendentem vestrum, D. Doctorem Johannem Pappum,  
& alios Theologos ac Professores vestros orthodoxos, cum quibus in Domino  
unitatem fidei ac confessionis servare studemus. Bene vale cum lexitissima  
conjuge, & liberis charissimis. Dat. Rost. 15. Februarii, anno 1601.

Tua Rev. Dign.

studieff.

Val. Schachtius.

VL